

Latijn (oude stijl)

Examen VWO

Vorbereidend
Wetenschappelijk
Onderwijs

20 | **01**

Tijdvak 2
Woensdag 20 juni
9.00 – 12.00 uur

Tekstboekje

Tekst 1 Caesars optreden bij de Veneti

1 His rebus gestis cum omnibus de causis Caesar pacatam Galliam existimaret,
2 superatis Belgis, expulsis Germanis, victis in Alpibus Sedunis, atque in hieme in Illyricum
3 profectus esset, quod eas quoque nationes adire et regiones cognoscere volebat, subitum
4 bellum in Gallia coortum est.

5 Eius belli haec fuit causa: Publius Crassus adulescens cum legione septima proximus
6 mari in Andibus hiemabat. Is, quod in his locis inopia frumenti erat, praefectos
7 tribunosque militum complures in finitimas civitates frumenti commeatusque petendi
8 causa dimisit. Quo in numero est Titus Terrasidius missus in Essuvios, Marcus Trebius
9 Gallus in Coriosolitas, Quintus Velanius cum Tito Sillio in Venetos.

10 Huius est civitatis longe amplissima auctoritas omnis orae maritimae regionum
11 earum, quod et naves habent Veneti plurimas, quibus in Britanniam navigare consuerunt,
12 et scientia atque usu rerum nauticarum ceteros antecedunt et in magno impetu maris
13 atque aperto paucis portibus interiectis, quos tenent ipsi, omnes fere, qui eo mari uti
14 consuerunt, habent vectigales.

15 Ab his fit initium retinendi Sillii atque Velanii et si quos interciperi potuerunt, quod
16 per eos suos se obsides, quos Crasso dedissent, recuperaturos existimabant. Horum
17 auctoritate finitimi adducti, ut sunt Gallorum subita et repentina consilia, eadem de causa
18 Trebium Terrasidiumque retinent et celeriter missis legatis per suos principes inter se
19 coniurant nihil nisi communi consilio acturos eundemque omnes fortunae exitum esse
20 laturos, reliquasque civitates sollicitant, ut in ea libertate, quam a maioribus acceperint,
21 permanere quam Romanorum servitutem perferre malint. Omni ora maritima celeriter ad
22 suam sententiam perducta communem legationem ad Publium Crassum mittunt: si velit
23 suos recuperare, obsides sibi remittat.

24 Quibus de rebus Caesar a Crasso certior factus, quod ipse aberat longius, naves
25 interim longas aedificari in flumine Ligeri, quod influit in Oceanum, remiges ex provincia
26 institui, nautas gubernatoresque comparari iubet. His rebus celeriter administratis ipse,
27 cum primum per anni tempus potuit, ad exercitum contendit.

28 Veneti reliquaeque item civitates cognito Caesaris adventu, simul quod, quantum in
29 se facinus admisissent, intellegebant – legatos, quod nomen apud omnes nationes sanctum
30 inviolatumque semper fuisset, retentos ab se et in vincula coniectos –, pro magnitudine
31 periculi bellum parare et maxime ea, quae ad usum navium pertinent, providere
32 instituunt, hoc maiore spe, quod multum natura loci confidebant. Pedestria esse itinera
33 concisa aestuariis, navigationem impeditam propter inscientiam locorum paucitatemque
34 portuum sciebant; neque nostros exercitus propter inopiam frumenti diutius apud se
35 morari posse confidebant; ac iam ut omnia contra opinionem acciderent, tamen se
36 plurimum navibus posse, Romanos neque ullam facultatem habere navium neque eorum
37 locorum, ubi bellum gesturi essent, vada, portus, insulas novisse; ac longe aliam esse
38 navigationem in concluso mari atque in vastissimo atque aperto Oceano perspiciebant.

39 His initis consiliis oppida muniunt, frumenta ex agris in oppida comportant, naves in
40 Venetiam, ubi Caesarem primum esse bellum gesturum constabat, quam plurimas possunt
41 cogunt. Socios sibi ad id bellum Osismos Lexovios Namnetes Ambiliatos Morinos
42 Diablintes Menapios adsciscunt. Auxilia ex Britannia, quae contra eas regiones posita est,
43 arcessunt.

44 Erant hae difficultates belli gerendi, quas supra ostendimus. Sed tamen multa
45 Caesarem ad id bellum incitabant: iniuria retentorum equitum Romanorum, rebellio facta
46 post deditionem, defectio datis obsidibus, tot civitatum coniuratio, in primis ne hac parte
47 neglecta relictas nationes sibi idem licere arbitrarentur. Itaque cum intellexeret omnes
48 fere Gallos novis rebus studere et ad bellum mobiliter celeriterque excitari, omnes autem
49 homines natura libertati studere et condicionem servitutis odisse, priusquam plures
50 civitates conspirarent, partiendum sibi ac latius distribuendum exercitum putavit.

Caesar, De Bello Gallico III, 7–10

Tekst 2 De invasie in Britannia

1 Exigua parte aestatis reliqua Caesar, etsi in his locis, quod omnis Gallia ad
2 septentriones vergit, maturae sunt hiemes, tamen in Britanniam proficisci contendit, quod
3 omnibus fere bellis Gallicis hostibus nostris inde subministrata auxilia intellegebat et, si
4 tempus anni ad bellum gerendum deficeret, tamen magno sibi usui fore arbitrabatur, si
5 modo insulam adisset, genus hominum perspexisset, loca, portus, aditus cognovisset. Quae
6 omnia fere Gallis erant incognita. Neque enim temere praeter mercatores illo adiit
7 quisquam, neque iis ipsis quicquam praeter oram maritimam atque eas regiones, quae sunt
8 contra Gallias, notum est. Itaque evocatis ad se undique mercatoribus, neque quanta esset
9 insulae magnitudo neque quae aut quantae nationes incolerent neque quem usum belli
10 haberent aut quibus institutis uterentur neque qui essent ad maiorem navium
11 multitudinem idonei portus, reperiri poterat.

12 Ad haec cognoscenda, priusquam periculum faceret, idoneum esse arbitratus Gaium
13 Volusenum cum longa nave praemittit. Huic mandat, uti exploratis omnibus rebus ad se
14 quam primum revertatur. Ipse cum omnibus copiis in Morinos proficiscitur, quod inde
15 erat brevissimus in Britanniam traiectus. Huc naves undique ex finitimis regionibus et,
16 quam superiore aestate ad Veneticum bellum fecerat classem, iubet convenire.

17 Interim consilio eius cognito et per mercatores perlato ad Britannos a compluribus
18 eius insulae civitatibus ad eum legati veniunt, qui polliceantur obsides dare atque imperio
19 populi Romani obtemperare. Quibus auditis liberaliter pollicitus hortatusque, ut in ea
20 sententia permanerent, eos domum remittit et cum iis una Commium, quem ipse
21 Atrebatibus superatis regem ibi constituerat, cuius et virtutem et consilium probabat, et
22 quem sibi fidelem esse arbitrabatur, cuiusque auctoritas in his regionibus magni habebatur,
23 mittit. Huic imperat, quas possit, adeat civitates horteturque ut populi Romani fidem
24 sequantur, seque celeriter eo venturum nuntiet.

25 Volusenus perspectis regionibus omnibus, quantum ei facultatis dari potuit, qui navi
26 egredi ac se barbaris committere non auderet, quinto die ad Caesarem revertitur, quaeque
27 ibi perspexisset, renuntiat.

28 Dum in his locis Caesar navium parandarum causa moratur, ex magna parte
29 Morinorum ad eum legati venerunt, qui se de superioris temporis consilio excusarent, quod
30 homines barbari et nostrae consuetudinis imperiti bellum populo Romano fecissent, seque
31 ea, quae imperasset, facturos pollicerentur. Hoc sibi Caesar satis opportune accidisse
32 arbitratus, quod neque post tergum hostem relinquere volebat neque belli gerendi propter
33 anni tempus facultatem habebat neque has tantularum rerum occupationes Britanniae
34 anteponendas iudicabat, magnum iis numerum obsidum imperat. Quibus adductis eos in
35 fidem recipit.

36 Navibus circiter octoginta onerariis coactis contractisque quot satis esse ad duas
37 transportandas legiones existimabat, quicquid praeterea navium longarum habebat, id
38 quaestori, legatis praefectisque distribuit. Huc accedebant XVIII onerariae naves, quae ex
39 eo loco a milibus passuum octo vento tenebantur, quominus in eundem portum venire
40 possent; has equitibus tribuit. Reliquum exercitum Quinto Titurio Sabino et Lucio
41 Aurunculeio Cottae legatis in Menapios atque in eos pagos Morinorum, a quibus ad eum
42 legati non venerant, ducendum dedit; Publium Sulpicium Rufum legatum cum eo
43 praesidio, quod satis esse arbitrabatur, portum tenere iussit.

Caesar, De Bello Gallico IV, 20–22

Tekst 3 Een misverstand

1 Dezelfde dag werd hem door verkenner gemeld dat de vijand aan de voet van een
2 berg had halt gehouden, op acht mijl van het Romeinse kamp. Hij zond een paar mensen
3 uit om te kijken hoe die berg eruitzag en of men hem ergens kon beklimmen. Er kwam
4 bericht dat dit geen probleem was.

5 Caesar gaf onderbevelhebber Titus Labienus de opdracht tijdens de derde wacht
6 met twee legioenen de top van de berg te beklimmen, met hulp van degenen die inmiddels
7 de weg kenden. Hij zette hem zijn plannen uiteen. Zelf trok hij tijdens de vierde wacht
8 naar de vijand, langs de route die deze ook had gevolgd. De hele cavalerie liet hij voorop
9 gaan. Publius Considius, die gold als een militair deskundige, een oud-strijder uit het leger
10 van Lucius Sulla en later dat van Marcus Crassus, werd vooruitgestuurd met verkenner.

11 Bij dageraad was de bergtop in handen van Labienus. Zelf bevond Caesar zich op
12 hooguit anderhalve mijl van het vijandelijke kamp. Zoals hij later van krijgsgevangenen
13 hoorde, was noch zijn komst noch die van Labienus opgemerkt. Op dat moment gaf
14 Considius zijn paard de vrije teugel en kwam snel naar Caesar toe. Hij zei dat de berg die
15 Labienus had moeten bezetten in handen van de vijand was: dat kon hij zien aan de
16 Gallische wapens en de typische uitrusting.

17 Caesar trok zijn troepen terug op de dichtstbijzijnde heuvel en stelde ze op in
18 slagorde. Labienus had orders gekregen om geen strijd te beginnen voordat Caesars
19 troepen waren gesignaleerd in de buurt van het vijandelijke kamp. De bedoeling was om
20 de vijanden van alle kanten tegelijk aan te vallen. Hij hield dus de berg bezet in
21 afwachting van onze troepen en onthield zich van strijd.

22 Pas toen de dag al vergevorderd was, kwam Caesar van verkenner te weten hoe de
23 situatie feitelijk was. De berg was in Romeinse handen, de Helvetiërs hadden hun kamp
24 inmiddels verplaatst en Considius' bericht was onjuist geweest: uit angst had hij gemeend
25 dingen te zien die hij niet zag. Die dag nog ging Caesar de vijand achterna, waarbij hij de
26 gebruikelijke afstand aanhield. Hij sloeg op drie mijl van hun kamp zijn kamp op.

Caesar, De Bello Gallico I, 21–22

Vertaling: V. Hunink

Tekst 4

Vergilius verwoordt Rome's opdracht als volgt:

Maar jij, Romein, jouw opdracht is de wereld te besturen;
daar ligt jouw kunst: van vrede een gewoonte maken,
overwonnenen sparen, hoogmoedigen verslaan.

Tekst 5

Suetonius merkt over Caesar op:

1 Het is moeilijk te zeggen wat bij zijn veldtochten overheerste, zijn voorzichtigheid of
2 zijn durf. Nooit voerde hij zijn leger langs wegen waar een hinderlaag kon worden gevreesd
3 zonder de omgeving grondig te hebben verkend, en hij zette het pas over naar Britannië
4 nadat hij eerst persoonlijk de havens, de vaarroute en de landingsplaatsen had onderzocht.

Suetonius, Julius Caesar

Tekst 6

Terwijl Caesar zich bij de Veneti bevindt, heeft zijn onderbevelhebber Quintus Titurius Sabinus zijn kamp opgeslagen in het noorden van Gallië. Hij wordt daar belaagd door de Galliërs onder leiding van Viridovix. Sabinus vindt het in eerste instantie raadzaam zich niet buiten het kamp te begeven, omdat hij niet op eigen initiatief het gevecht wil aangaan. De Galliërs krijgen daardoor de indruk dat de Romeinen bang zijn.

In de onderstaande tekst wordt beschreven hoe Sabinus besluit met een list deze indruk nog te versterken, om de Galliërs ertoe te bewegen het kamp aan te vallen.

NB. Regel 4 t/m 7 zijn voorvertaald. Je hoeft dit gedeelte niet over te schrijven.

1 Hac confirmata opinione timoris idoneum quendam hominem et callidum delegit,
2 Gallum, ex eis quos auxilii causa secum habebat. Huic magnis praemiis
3 pollicitationibusque persuadet ut ad hostes transeat, et quid fieri velit edocet.

4 Toen deze man, zogenaamd als overloper, bij de Galliërs was gekomen, schetste hij
5 hun de angst van de Romeinen; ook vertelde hij hun in welke gevaarlijke situatie Caesar
6 zich bevond door toedoen van de Veneti; tenslotte onthulde hij dat Sabinus al de komende
7 nacht zijn leger heimelijk uit het kamp zou laten vertrekken om Caesar te hulp te komen.

8 Quod ubi auditum est, conclamant omnes occasionem negotii bene gerendi
9 amittendam non esse: ad castra iri oportere. Multae res ad hoc consilium Gallos
10 hortabantur: superiorum dierum Sabini cunctatio, perfugae confirmatio, inopia
11 cibarium, cui rei paulum diligenter ab iis erat provisum, spes Venetici belli, et quod fere
12 libenter homines id quod volunt credunt.

13 His rebus adducti non prius Viridovicem reliquosque duces ex concilio dimittunt
14 quam ab iis sit concessum arma ut capiant et ad castra contendant. Qua re concessa laeti,
15 ut explorata victoria, sarmentis virgultisque collectis, quibus fossas Romanorum
16 compleant, ad castra pergunt.

Caesar De Bello Gallico III, 18

<i>regel 1</i>	confirmare opinionem timoris de indruk wekken dat de Romeinen bang waren
<i>regel 2</i>	auxilii causa bij wijze van hulpstroepen
<i>regel 8</i>	conclamant <i>Onderwerp de Galliërs.</i>
	negotium bene gerere een goede slag slaan
<i>regel 11</i>	cibaria levensmiddelen
	providere + dativus zorgen voor
	spes Venetici belli de verwachting dat de oorlog tegen de Veneti gunstig voor de Galliërs zou verlopen
	quod fere het feit dat meestal
<i>regel 13–14</i>	prius quam <i>Met elkaar verbinden.</i>
<i>regel 13</i>	dimittere laten vertrekken
<i>regel 14–16</i>	laeti <i>Verbinden met pergunt</i>
<i>regel 15</i>	ut explorata victoria alsof de overwinning al behaald is/was
	sarmentum takkenbos
	virgultum struik

Einde